Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

ab imminenti morte corpus servavi Hijs dictis lat(ro)
ecce ait ad reginam multas tibi periculis sub uno casu
pro redemptione unius filii narrans alios eciam pro reliquis
evenerit subiugam

53 Liberatusque a gigante cepi per devia soli-
tudinis vaste errabundus discurrere
ignorans penitus quorsum irem ascende-
bam sepe per excelsas abietes cedrosque sublimes
scandebam moncium supercilia non in alto positus
ut terram hominibus habitabilem visu saltem a
longe comprehendere possem Sed nichil aliud undique
quam silve undique celum oculis occurrebat descen-
debam de excelsis moncium in profundis vallium
que in abyssum quandam iterum ab eisdem super montes
usque ad celum consurgebant Quot autem ex leonibus
ursibus apros pardos ac lupos obviaverunt quid in
bubalorum onagrorumque greges monstrorumque occurrerit
seu contra me fremunt dentata barbaries quid singulam
nescio a quibus serpentes bicapites et tricapites si-
bilantes adversum me habuerim obviantes memini-
sse eciam terrorem incutit unum eciam cum bidua per arbu-
ta moncium valliumque continua inter feras et serpe-
ntes lassus ac timidus errassem ad montis tandem
cuiusdam cacumen declinante sole ad vesperam perveni
Et ecce in vallem quandam tenebrosam horribilemque
profunditate oculos dirigens conspicio a longe
fumum quasi de clibano consurgentem Notato igitur
locum de monte festinanter descendi Et ecce ad